

tionem elici posse? quod fieri dicit idem Philosophus, quando statuit, marinam aquam, minus, cum pinguis sit, ignem extinguere: & addit, ἀπὸ γὰρ τῶν ἁλῶν ἔλαιον ἀφαιρεῖται,

à salibus enim depromitur, se-

paratur oleum. Cassius antiquus medi-

*Probl. 64.*

cus rationem affert, cur aqua marina di-

utiùs excocta, naturã, quam habet, sal-

sam deponat, dulcisq; euadat: nimirũ,

quòd crassis illius partibus vi ignis se-

paratis, attenuetur, eoq; alterationis

momento, falsedinem omnem dimit-

tat. Quum verò experiẽtia compertum

fit, & Aristotelis testimonio probetur,

*4. Meteor.  
cap. 2.*

quæ longiùs coquuntur, crassescere ve-

riùs, aquas inprimis falsas, acriorẽ fal-

sedinis qualitatem induere, & persistẽ-

te coctionis vehementia, in merum sal

abire: vel Cassium præclarũ medicum

& philosophũ dormitasse oportuit, vel

*Medicorum  
disp. sexta.*

coctionis mentione distillationem sub-

innuisse: cuius beneficio scitur, nõ fal-

sas duntaxat aquas dulcescere, sed &

pũtidas suaueolẽtes reddi. Hoc præcla-

rẽ examinans Minadous, concludit tã-

dem, distillationis vires emendandis a-

quis, longè esse, quàm coctionis, præstã-

tiores.